

DOMINICA PALMARUM

AD ECCLESiarUM
CHORALEM GERMANICUM
ADHIBENTIUM USUM

Bund für Liturgie



und Gregorianit

Proprium Processionis et Missæ
ad usum Ecclesiæ Sancti Nicolai antiquæ Cassiniacensis
Scholæ Cantorum


Gerolitus Ammosaulicus
edidit

Bonnæ ad Rhenum - MMI - Ædibus Bardorum


Ante benedictionem Palmarum

Matth.21,9 ⁊ Ps.117,1; Kdr. -A: 76 v.


Antiphona
VII. Modo



Osánna* fí-li-o David: benedí-ctus qui ve-



nit in nómine Dómini. Rex Is-ra-ël:



Hosánna in excélsis. ⁊ Confitémini Dómino quó-ni-am



bonus,* quó-ni-am in sácula mi-sericór-dia e- jus. *Repetitur.*

⁊ Dóminus vobíscum. ⁊ Et cum Spíritu tuo.

Oremus.

Oratio

Deus, quem diligere et amare iustitia est, ineffabilis gratiae tuae in nobis dona multiplica: et qui fecisti

nos in morte Filii tui sperare quae credimus; fac nos eodem resurgente pervenire quod tendimus: Qui tecum.

Lectio Libri Exodi.

Exodi 15, 27; 16, 1-7

Venerunt autem in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae; et castrametati sunt iuxta aquas. Profectique sunt de Elim, et venit omnis congregatio filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim et Sinai, quinto decimo die mensis secundi postquam

egressi sunt de terra Aegypti. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen et Aaron in solitudine, dixeruntque filii Israel ad eos: "Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carnum et comedebamus panem in

saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem coetum fame?”. Dixit autem Dominus ad Moysen: “Ecce ego pluam vobis panes de caelo; egrediatur populus et colligat, quae sufficiunt per singulos dies, ut tentem eum, utrum ambulet in lege mea an non. Die au-

tem sexta parabunt quod intulerint, et duplum erit quam colligere solebant per singulos dies”. Dixeruntque Moyses et Aaron ad omnes filios Israel: “Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de terra Aegypti; et mane videbitis gloriam Domini.”

Inter Lectionem et Evangelium.

Joh. 11, 47-49, 50-53; Klnb. 82 r.

Resp.

II.

Colligunt pontifices et pharisaei concilium, et dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: Ne forte veniant Romani, et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex illis, Cai-

Dominica Palmarum

phas nómi- ne, cum esset pón- tífex anni il- lí- us, pro-
phe- tá- vit di- cens: Expedit vo- bis, ut unus mori- á- tur
homo pro pó- pu- lo, et non tota gens pér- e- at. Ab
illo ergo di- e cogi- ta- vé- runt interfí- ce- re e-
um, di- céntes: † Ne.

✠ Dóminus vobíscum. ✠ Et cum Spírítu tuo.

✠ Sequéntia sancti Evangélii
secúndum Mattháum.

Matth. 21, 1-9

IN illo tempore: Cum ap-
propinquassent Hierosoly-
mis et venissent Bethfage, ad
montem Oliveti, tunc Iesus
misit duos discipulos dicens
eis: “Ite in castellum, quod
contra vos est, et statim in-
venietis asinam alligatam et
pullum cum ea; solvite et ad-
ducite mihi. Et si quis vobis
aliquid dixerit, dicite: “Do-
minus eos necessarios habet”,

et confestim dimittet eos”.
Hoc autem factum est, ut
impletetur, quod dictum est
per prophetam dicentem:
“Dicite filiae Sion: Ecce Rex
tuus venit tibi, mansuetus et
sedens super asinam et super
pullum filium subiugalis”.
Euntes autem discipuli fece-
runt, sicut praecepit illis Ie-
sus, et adduxerunt asinam et
pullum; et imposuerunt su-

per eis vestimenta sua, et sedit super ea. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via; alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbae au-

tem, quae praecedebant eum et quae sequebantur, clamabant dicentes: "Hosanna filio David! Benedictus, qui venit in nomine Domini!"

✠ Dóminus vobiscum. ✠ Et cum Spíritu tuo.

Oremus.

Oratio

Auge fidem in te sperantium, Deus, et supplicum preces clementer exaudi: veniat super nos multiplex misericordia tua: bene ✠ dicantur et hi palmites palmarum, seu olivarum: et sicut in figura Ecclesiae multiplicasti Noe egredientem de arca, et

Moysen exeuntem de Aegypto cum filiis Israel: ita nos portantes palmas, et ramos olivarum, bonis actibus occurramus obviam Christo: et per ipsum in gaudium introeamus aeternum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus.

✠ Per ómnia sácula sæculórum. ✠ Amen.


✠ Dóminus vobiscum. ✠ Et cum Spíritu tuo.

✠ Sursum corda. ✠ Habémus ad Dóminum.

✠ Grátias agámus Dómino Deo nostro. ✠ Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et úbique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui gloriáris in consílio sanctórum. Tibi enim séviant creatúræ tuæ: quia te solum auctórem et Deum cognóscunt, et omnis factúra tua te colláudat, et benedí-

cunt te sancti tui. Quia illud magnum Unigéniti tui nomen coram régibus et potestátibus hujus sáculi líbera voce confiténtur. Cui assístunt Angeli et Archángeli, Throni et Dominationés: cumque omni militía coeléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicétes.

IV. 

Anctus,* Sanctus, Sanctus, Dóminus De-us Sába- oth.

Pleni sunt cœ-li et ter-ra gló-ri-a tu- a.* Ho-sánna in excél-

sis. Bene-díctus qui ve-nit in nómine Dó-mi-ni.* Ho-sánna

in excél- sis.

✠ Dóminus vobiscum. ✠ Et cum Spíritu tuo.

Oremus.

Oratio

Petimus, Domine sancte Pater omnipotens, aeterne Deus: ut hanc creaturam olivae, quam ex ligni materia prodire iussisti, quamque columba rediens ad arcam pertulit ore, bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris: ut,

quicumque ex ea receperint, accipiant sibi protectionem animae et corporis: fiatque, Domine, nostrae salutis remedium, tuae gratiae sacramentum. Per Dóminum nostrum.

Oremus.

Oratio

Deus, qui dispersa congregas, et congregata conservas: qui populis obviam Jesu ramos portantibus benedixisti: bene ✠ dic etiam hos ramos palmae et olivae,

quos tui famuli ad honorem nominis tui fideliter suscipiunt; ut, in quemcumque locum introducti fuerint, tuam benedictionem habitatores loci illius consequantur:

et omni adversitate effugata, dextera tua protegat, quos redemit Iesus Christus, Filius

tuus, Dominus noster: Qui tecum.

Oremus.

Oratio

Deus, qui miro dispositionis ordine, ex rebus etiam insensibilibus, dispensationem nostrae salutis ostendere voluisti: da, quaesumus; ut devota tuorum corda fidelium salubriter intelligant, quid mystice designet in facto, quod hodie caelesti lumine afflata, Redemptori obviam procedens, palmarum atque olivarum ramos vestigiis eius turba substravit. Palmarum igitur rami de mortis principe triumphos expectant; surculi vero olivarum, spiritualem unctionem advenisse quodammodo clamant. Intellexit enim iam tunc illa hominum beata multitudo praefigurari: quia Redemptor noster humanis condolens

miseriis, pro totius mundi vita cum mortis principe esset pugnaturus, ac moriendo triumphaturus. Et ideo talia obsequens administravit, quae in illo, et triumphos victoriae, et misericordiae pinguedinem declararent. Quod nos quoque plena fide, et factum et significatum retinentes, te, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternae Deus, per eundem Dominum nostrum Jesum Christum suppliciter exoramus: ut in ipso, atque per ipsum, cuius nos membra fieri voluisti, de mortis imperio victoriam reportantes, ipsius gloriosae resurrectionis participes esse mereamur: Qui tecum.

Oremus.

Oratio

Deus, qui per olivae ramos, caelesti benedictione sanctifices: ut cuncto populo tuo proficiant ad salutem: Per Christum Dóminum nostrum. R Amen.

ramos, caelesti benedictione sanctifices: ut cuncto populo tuo proficiant ad salutem: Per Christum Dóminum nostrum. R Amen.

Oremus.

Oratio

Bene ✠ dic, quaesumus, Domine, hos palmarum, seu olivarum ramos: et praesta; ut, quod populus tuus in tui venerationem hodierna die corporaliter agit, hoc spiritu-

aliter summa devotione perficiat, de hoste victoriam reportando, et opus misericordiae summopere diligendo. Per Dóminum.

Hic Celebrans ponit incensum in thuribulum, deinde ter aspergit ramos aqua benedicta dicendo Antiphonam Aspérge me sine cantu, et sine Psalmo: et ter adolet incenso. Postea dicit:

✠ Dóminus vobiscum. ☩ Et cum Spíritu tuo.

Oremus.

Oratio

Deus, qui Filium tuum Jesum Christum Dóminum nostrum pro salute nostra in hunc mundum misisti, ut se humiliaret ad nos, et nos revocaret ad te: cui etiam, dum Ierusalem veniret, ut adimpleret Scripturas, credentium populorum turba, fidelissima devotione vesti-

menta sua cum ramis palmarum in via sternebant: praesta, quaesumus; ut illi fidei viam praeparemus, de qua, remoto lapide offensionis, et petra scandali, frondeant apud te opera nostra justitiae ramis: ut eius vestigia sequi mereamur: Qui tecum.

Ad remos palmarum distribuendos.

Job.12,13; KA 84 v.


Ant.

I.

P

U-e-ri Hebraë-órum,* porantes ramos o- livárum,

obvi- avé-runt Dómino, clamán- tes et dicén- tes: Ho- sán-



Psalmus 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus:* orbis terrárum, et univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum:* et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini?* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde,* qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino:* et misericórdiam a Deo, salutáre suo.

Hæc est generátio quæréntium eum,* quæréntium faci-em Dei Jacob.

Attólite portas, príncipes vestras, ζ et elevámini, porta æternáles:* et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ?* Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.

Attólite portas, príncipes vestras, ζ et elevámini, porta æternáles:* et introíbit Rex glóriæ.



Quis est iste Rex glóriæ?* Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Altera Antiphona.

Joh.12,13; KA 84 v.

Ant.

I.



vi-a, et clamábant dicéntes: Hosánna fi-li-o David, bene-dí-



ctus qui venit in nómine Dómi-ni. E U O U A E.

Psalmus 46

Omnnes Gentes pláudite
mánuibus:* jubilate Deo
in voce exsultatiónis.

Quóniam Dóminus excél-
sus, terríbilis:* Rex magnus
super omnem terram.

Subjécit pópulus nobis:* et
Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem su-
am:* spéciem Jacob, quam di-
lécit.

Ascéndit Deus in júbilo:* et
Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite:
te:* psállite Regi nostro, psál-
lite.

Quóniam Rex omnis terræ
Deus:* psállite sapiénter.

Regnábít Deus super Gen-
tes:* Deus sedet super sedem
sanctam suam.

Príncipes populórum con-
gregáti sunt cum Deo Abra-
ham:* quóniam dii fortes ter-
ræ veheménter eleváti sunt.

✠ Dóminus vobiscum. ☩ Et cum Spíritu tuo.

Oremus.


Oratio

Omnipotens sempiternus
Deus, qui Dominum
nostrum Iesum Christum su-
per pullum asinae sedere feci-
sti, et turbas populorum ve-
stimenta, vel ramos arborum
in via sternere, et Hosanna

decantare in laudem ipsius
docuisti: da, quaesumus; ut
illorum innocentiam imitari
possimus, et eorum meritum
consequi mereamur. Per eún-
dem Christum Dóminum
nostrum. ☩ Amen.

Deinde Celebrans dicit.

Versus




P

Rocedámus in pace. ☩ In nómini Christi, Amen.

Ad processionem. extra Ecclesiam.

Joh.12,13; Lps.84


Ant.
VIII.




F

Ulgéntibus palmis* prostérnimur adveni- énte


Dominica Palmarum



Dómi-no, hu-ic omnes occurámus cum hymnis et cánti-cis,



glori- ficántes et di-céntes: bene-díctus Dóminus.




E U O U A E. *Psalmi 23 et 46 ut supra.*


altera Antiphona

Cantor; Klnb. 83 v.


Ant.
VIII.




Nte sex di- es * solemnis paschæ qui- a ve-



nit Dóminus in ci- vi-tá-tem Je- rú- sa- lem occurrérunt e-




i pú- e- ri et in má-nibus portábant ramos palmá- rum et



clamábant voce magna dicentes: Hosánna in



excél-sis, benedíctus qui ve-ní-sti in multi-tú-di-ne mi-se-ri-



cór-di- æ, hosánna

in ex-cél- sis.

Ante portam Ecclesie

Theodulf; GN164

Hymn.

I.



Ló-ri-a, laus, et honor, tibi sit Rex Christe Redém-

ptor: Cu-i pu-e-rí-le de-cus prompsit Hosánna pi-um. *Repet.*

1. Isra-ël es tu Rex, Daví-dis et ínclýta proles: Nómíne

quí in Dómi-ni, Rex benedí-cte ve-nis. † Gló-ri-a.

2. Coetus in ex-célsis te laudat cóe-licus omnis Et mortá-


lis homo, et cuncta cre-á-ta simul. † Gló-ri-a.

3. Plebs Hebræa ti-bi cum palmis óbvi-a venit: Cum pre-

ce, voto, hymnis, ádsumus ecce ti-bi. † Gló-ri-a.

4. Hi tibi pas-sú-ro solvébant múni-a laudis: Nos ti-bi


Dominica Palmarum



re gnánti pángimus ecce me-los. † Gló-ri-a.



5. Hi placu-é-re ti-bi, plá-ce-at devó-ti-o nostra: Rex pi-e




Rex clemens, cui bona cuncta placent. † Gló-ri-a.


Postea Processio intrat Ecclesiam, cantando.

℞ Evangelistæ sensuum sed cantorū verba ✠ Johannes; KA 84 r.


Resp.




N-gredi- énte Dómi-no* in sanctam ci- vi-tá- tem




Hebræ-ó- rum pú- e- ri, resurrecti-ónem vitæ pro- nun-



ti- á- bant, † Cum ramis palmá- rum Ho-sánna clamán-



tes in ex- cél- sis. ✠ Cumque audíssent qui- a Je-sus venit



Jeroso-lý- mam, exi- é-runt ób- vi- am e- i. † Cum.

Deinde celebratur Missa, et rami tenentur in manibus, dum cantatur Passio et Evangelium tantum.

AD MISSAM

Ad Missam

Ps. 21, 20. 22 ✠ Ps. 21, 2; Klnb. 84 v.

Introitus
VIII. Modo



Dó-mine,* ne longe fá-ci- as auxí-li- um
tu- um a me, ad defensi-ónem me-
am áspice: lí-be-ra me de o- re le-ó-nis, et a cór-
ni- bus u-ni-córni- um humi-li-tá- tem me- am. ✠ De-
us, De- us me- us, ré-spice in me: qua- re me dere-liquísti?

longe a sa- lú-te me- a. ¶ Glória Patri *non dicatur.*

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, qui humano géneri ad imitandum humilitatis exéplum, Salvátorem nostrum carnem súmer, et crucem subíre fecísti: concéde

propítius; ut et patientiæ ipsius habére documénta, et resurrectionis consórtia mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Philippenses

Phil. 2, 5-11

Fratres: Hoc enim sentíte in vobis, quod et in Christo Jesu: qui, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se qualem Deo: sed semetipsum exinanívit, formam servi accípiens, in similitudinem hóminum factus, et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus oboediens usque

ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltavit illum : et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: (*hic genuflectitur*) ut in nómine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Ps. 72, 24 ✠ Ps. 72, 1-3; Klnb. 84 v.

Grad. IV.

Enu- í- sti * ma- num déxte- ram me- am:

in vo- luntá- te tu- a deduxí- sti me:

et cum gló- ri- a assumpsísti me.

✠ Quam bo- nus Isra-ël De- us

re- ctis cor- de! me- i au-

Dominica Palmarum

tem pãne mo- ti sunt pe- des, pãne
 effú- si sunt gres- sus me- i: qui- a ze- lávi in pec- ca-
 tó- ribus, pa- cem pec- ca- tó-
 rum vi- dens.


Ps. 21, 2-9. 18. 19. 22. 24. 32; Klmb. 85 r.

Tract.

II.

DE- us, * De- us me- us réspi- ce
 in me qua- re me dere- li- quí- sti. ✎ Lon-
 ge a sa- lúte me- a ver- ba de- li- ctó- rum
 me- ó- rum. ✎ De- us me- us, clamá-
 bo per di- em, nec ex- áudi- es, et nocte et non

Dominica Palmarum



ad insa-pi-én- ti- am mi- hi. ✎ Tu au- tem in
sancto há-bi- tas, laus Is- ra- ěl. ✎ In te
speravé- runt patres no- stri, speravé- runt et
li- be- rá- sti nos. ✎ Ad te clamavé- runt et sal- vi
facti sunt; in te spe- ra- vé- runt et non sunt confú-
si. ✎ E- go au- tem sum vermis et non
ho- mo opprobri- um hó- minum et abjécti-
o ple- bis. ✎ Omnes qui vi- dé- bant me, a-
sperna- bán- tur me; locú- ti sunt lá- bi- is,


Dominica Palmarum



et movérunt ca- put. ⁊ Spe-rávit in Dó-mi- no e-



rípi- at e-um salvum fá- ci- at e- um, quóni- am




vult e- um. ⁊ Ipsi vero conside-ravérunt et con-




spe-xé- runt me, divi-sé-runt si- bi vestiménta




me- a, et su-per vestem me- am mi- sé- runt for-




tem. ⁊ Lí- bera me de o- re



le- ó- nis, et a córni- bus unicórni- um




humi- li- tá-tem me- am. ⁊ Cui tíme- as Dómi- num



laudáte e- um, uni-vé-rsum semen Ja- cob magni-


Dominica Palmarum



fi- cá-te e- um. ⁊ Annunti- á-bi- tur Dómi- no gene- rá-
ti- o ventú- ra annunti-ábunt cœ- li justí-
ti- am e- jus. ⁊ Pópu- lo qui nascé- tur
quem fe- cit * Dó- mi- nus.

Ps. 68, 21-22; Klnb. 86 v.

Offert.
VIII.



M-propé- ri- um* exspectá- vit cor me- um
et mi- sé- ri- am: et sustí- nu- i, qui si- mul contri-
sta- ré- tur, et non fu- it: con- solántem me quæ- sí- vi,
et non invé- ni: † et de- dé- runt in e- scam me-
am fel, et insi- ti me- a pota- vé- runt me acé-

Dominica Palmarum

to. ⁊ Sal- vum me fac, De- us, quóni- am
intra-vé- runt a- quæ usque ad á- ni-
mam me- am. † Et. ⁊ Ad- vér- sum
me ex-er- ce-bán- tur qui se-dé-
bant in por- ta et in
me psal- lé- bant qui bi-bé- bant vi-
num. † Et. ⁊ E- go ve- ro o- ra- ti-
ó- nem me- am ad te,
Dó- mi- ne, tempus be- neplá- cu- i, De- us



Secreta

Concede, quæsumus, Dómine: ut oculis tuæ majestatis munus oblatum, et gratiam nobis piæ devotionis

obtineat, et effectum beatæ perennitatis acquirat. Per Dóminum nostrum.

Matth. 26, 42; Klmb. 87 r.

Comm.
VIII.



Psalmus 21

Deus, Deus meus, réspice in me: quare me dereliquísti?* longe a salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, et non exáudies:* et nocte, et non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas,* laus Israël.

In te speravérunt patres nostri, speravérunt, et liberásti eos.

Ad te clamavérunt, et salvi facti sunt:* in te speravérunt, et non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, et non homo:* oppróbrium hóminum, et abjectio plebis.

Omnes vidéntes me, derisé-

runt me:* locúti sunt lábiis,
et movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípeat
eum:* salvum fáciat eum,
quóniam vult eum.

Quóniam tu es, qui extra-
xísti me de ventre: ꝛ spes mea
ab ubéribus matris eæ.* In te
projéctus sum ex útero:

De ventre matris meæ Deus
meus es tu,* ne discésseris a
ma:

Quóniam tribulátiopróxima
est:* quóniam non est qui
ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli
multi:* tauri pingues obséd-
erunt me.

Aperuérunt super me os su-
um,* sicut leo rápiens et rúgi-
ens.

Sicut aqua effúsus sum:* et
dispérsa sunt ómnia ossa me-
a.

Factum est cor meum tam-
quam cera liquéscens* in mé-
dio ventris mei.

Aruit tamquam testa virtus
mea, ꝛ lingua mea adhæsit
fáucibus meis:* et in púlve-
rem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedérunt
me canes multi:* concílium
malignántium obsédit me.

Fodérunt manus meas et

pedes meos:* dinumeravérunt
ómnia ossa mea.

Ipsi vero consideravérunt et
inspexérunt me:* divisérunt
sibi vestiménta mea, et super
vestem meam misérunt sor-
tem.

Tu autem, Dómine, ne e-
longáveris auxiliúm tuum a
me:* ad defensióem meam
cónspice.

Erue a frámea, Deus, áni-
mam meam:* et de manu ca-
nis únicam meam:

Salva me ex ore leónis:* et a
córnicibus unicórnum humili-
tátem meam:

Narrábo nomen tuum frá-
tribus meis:* in médio ecclé-
siæ laudábo te.

Qui timétis Dóminum, lau-
dáte eum:* univérsum semen
Jacob, glorificáte eum.

Tímeat eum omne semen
Israël:* quóniam non sprevit,
neque despéxit deprecatió-
nem páuperis:

Nec avértit fáciem suam a
ma:* et cum clamárem ad e-
um, exaudivit me.

Apud te laus mea in ecclé-
sia magna:* vota mea reddam in
conspéctu timéntium eum.

Edent páuperes, et satu-
rabúntur: ꝛ et laudábunt Dó-

minum qui requirunt eum:*
vivent corda eorum in saeculum saeculi.

Remiscantur et convertentur ad Dominum* universi fines terrae:

Et adorabunt in conspectu eius* universae familiae Gentium.

Quoniam Domini est regnum:* et ipse dominabitur Gentium.

Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae:* in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea ille vivet:* et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura:* et annuntiabunt caeli iustitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Postcommunio

Per huius, Domine, operationem mysterii, et vitia nostra purgentur, et iusta de-

sideria compleantur. Per Dominum nostrum.

Omnia jura vindicabimus
© Holger Peter Sandhofe
MMII Ædibus Bardorum
<http://www.indult-bonn.de>